

vim ulterius experiri, nec ejus imperium usque ad intercessionem deservientem amplius sentire. Quare perperam Tyrannus contrarie explicat, *q. d.* Tentatio scditionis populi sufficiens erat ad totum eum igne perdendum, nisi Aaron supplex inter-

cessisset; et Hugo, *q. d.* Plaga ignis sufficiebat ad delendum Hebræos; et Holcot, *q. d.* Timor et pavor inossus populo per plagam ignis, satis erat ad delendum murmuris crimen: hæc enim omnia hoc loco parerga sunt.

CAPUT DECIMUM NONUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Pergit in antithesi fidelium Hebræorum et infidelium Egyptiorum; unde multa supplicia Egyptiis inflata, ac præsertim submersionem in Mari Rubro recenset, usque opponit varia beneficia Hebræis collata, tum in Egypto, tum in deserto. Unde colligit, Deo elementa omnia servire, tam ad puniendum impios, quam ad promovendum ipsos, cetera ad nutum obedire, ac tandem pro omnibus gratias agens liberum enucleat.

1. Impiis autem usque in novissimum sine misericordia ira supervenit. Præsciebat enim et futura illorum: 2. quoniam cum ipsi permisissent ut se educerent, et cum magna sollicitudine præmississent illos, consequentur illos penitentia acti. 3. Adhuc enim inter manus habentes luctum, et deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumperunt cogitationem inscientia: et quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitivos persequebantur: 4. duebat enim illos ad hunc finem digna necessitas: et horum, quæ acciderant, commemorationem amittebant, ut quæ decerant tormentis, repleter punitio: 5. et populus quidem tuus mirabiliter transiret, illi autem novam mortem invenirent. 6. Omnis enim creatura ad unum genus ab initio refiguratur, deserviens tuis præceptis, ut pueri tui custodirentur in Jasi. 7. Nam nubes castra eorum obumbrabat, et ex aqua, quæ ante erat, terra arrida apparuit, et in Mari Rubro via sine impedimento, et campus germinans de profundo nimio: 8. per quem omnis natio transivit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia et monstra. 9. Tanquam enim equi depaverunt escam, et tanquam agni exsultaverunt, magnificantes te, Domine, qui liberasti illos. 10. Memores enim erant adhuc escam, quæ in ioculatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animalium eduxit terra moscas, et pro piscibus eructavit fluviis multitudinem ranarum. 11. Novissime autem viderunt novam creaturam avium, cum adducti concupiscentia postulaverunt escas copulationis. 12. In allocatione enim desiderii, ascendit illis de mari ortygoetra: et vexationes peccatoribus supervenerunt, non sine illis, quæ ante facta erant, argumentis per vim fulminum: iuste enim patiebantur secundum suas nequitias. 13. Elenim detestabiliores inhospitalitatem instituerunt: alii quidem ignotos non recipiebant advenas, alii autem bonos hospites a servitute redigebant. 14. Et non solum hæc, sed et alius quidam respectus illorum erat: quoniam invitè recipiebant extraneos. 15. Qui autem cum lætitia recipere hos, qui eisdem usi erant justitiis, savissimis afflixerunt doloribus. 16. Perenssi sunt autem cæcitate: sicut illi in foribus justis, cum subitanis cooperiti essent tenebris, unusquisque transiitum ostii sui querebat. 17. In se enim elementa dum convertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, et omnia suum sonum custodiunt: unde astimari ex ipso visu certo potest. 18. Agrestia enim in aquatica convertebantur: et quæcumque erant nantantia, in terram transibant. 19. Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, et aqua exsurgentis nature oblivisebatur. 20. Flammæ e contrario, corruptibilium animalium non vexaverunt carnes coambulantium, nec dissolvebant illam, quæ facile dissolvebatur sicut glacies

horum escam. In omnibus enim magnificasti populum tuum, Domine, et honorasti, et non despexisti in omni tempore, et in omni loco assistens eis.

1. IMPIS AUTEM USQUE IN NOVISSIMUM SINE MISERICORDIA IRA SUPERVENIT. PRÆSCIEBAT ENIM ET FUTURA ILLORUM; — græce, impiis autem inmisericors indignatio insitit: prævidebat enim eorum et futura. Pendent hæc a fine capitis præcedentis: pergit enim in antithesi Hebræorum et Egyptiorum, *q. d.* Hebræi in seditione Coræ murmurantes igne puniti a Deo, mox resipuerunt: quare patrum strage ceteri cautiore evaserunt, sola enim tentatio, id est experientia ira sufficiens erat ad correctionem eorum: quare plaga ignis in eos non ad extremum desavit, sed tantum modice ad eorum probationem et emendationem; at vero impiis Egyptiis vindicta Dei usque ad intercessionem, sine ulla misericordia supervenit: videbat enim Deus eorum perversionem, quod scilicet essent incorrigibiles, nullisque minis vel penis mores mutaturi essent. quare ad unum omnes misit in Mari Rubro.

2. QUONIAM CUM IPSI PERMISSISSENT UT SE EDUCERENT (id est ut abirent ex Egypto), ET CUM MAGNA SOLICITUDINE PRÆMISSISSENT ILLOS, CONSEQUENTUR ILLOS PENITENTIA ACTI. — Perperam Complutenses legunt penitentia actus, etsi eodem redeat sensus: actus enim penitentia fuit Egyptiorum persecutio, ut Hebræos ad se revocarent; græce, quoniam ipsi eos permisissent abire, atque cum studio præmississent illos, penitentia ducti essent persecutori: pendet sententia a *q. d.* prævidebat, quod præcessit, *q. d.* Prævidebat Deus, quod Egypti, etsi ob eadem primogenitorum percussio permitterent, ita cogent Hebræos exire ab Egypto, ne ob eos graviore Dei plagas sentirent, mox tamen penitentia ducti eos persequebantur, ut redirent in Egyptum, uti de facto persecuti sunt usque ad Mare Rubrum, in quo proinde Deus omnes submersit: lege Exod. xiv. 23.

3. ADHUC ENIM INTER MANUS HABENTES LUCTUM, ET DEPLORANTES AD MONUMENTA MORTUORUM, ALIAM SIBI ASSUMPERUNT COGITATIONEM INSCIENTIE, ET QUOS ROGANTES PROIECERANT, Hos TANQUAM FUGITIVOS PERSEQUEBANTUR. — *q. d.* Egypti Hebræos, quos punito abire velut dominos cum precibus emisserant, hos, mox mutato consilio velut servos fugitivos persecuti sunt: sic sepe alibi *egere* significat emittere. Pro inscientia græce est *avocia*, id est stultitia, amenitas: stulte enim eos persecuti sunt, quia persequeundo mersi sunt in Mari Rubro; quare fuit hæc cogitatio inscientia, id est insipientis stultum et insuum Egyptiorum consilium.

4. DUEBAT AUTEM ILLOS AD HUNC FINEM DIGNA NECESSITAS: ET HORUM, QUÆ ACCIDERANT COMMEMORATIONEM AMITTEBANT, UT, QUÆ DECERANT TORMENTIS, REPLERET PUNITIO; — græce, tractat autem eos digna ad hunc finem necessitas, et eorum aux acciderant

oblivionem iniecit, ut quæ restabat tormentis admitterent penam. « Commemorationem, » id est memoriam. Pro duebat, græce est *dux*, id est traxit, *q. d.* Egyptios ad hunc exitum et exitum, puta ad submersionem in mari protraxit necessitas divina ordinationis, seu punitio in eos a Deo decreta, quæ scilicet decreverat Deus eos exaccare, ut dum insequuntur Hebræos per Mare Rubrum a Deo divisum, illius alveum ingressi, revoluti in eos aquis obruerentur: et quia priorum plagam a Moysæ Egyptiis immisissam memoria eos a persequeundo Hebræos revocare potuisset, Deus illarum oblivionem illis iniecit, ut sic impleret mensuram suæ tyrannidis suorumque scelerum, quæ impleta usque pariter replet, id est impleret eunulam penæ, omnes mergendo in mari, ac deinde in igne gehennæ: vide dicta Exod. xiv. 23.

Nota ductum et tractum necessitatis hujus, quo Egypti a Deo traherentur in suam perniciem, non fuisse naturalem, antecedentem et perfectum, hic enim opponitur libertati liberorumque arbitrio; sed moralem et consequentem, qui imitator certe Dei præsciebat, quæ Deus præsciebat, quod si ipse Hebræos poneret in arcto, puta in angustiis rupis et Maris Rubri, ut naturaliter evadere non possent, Egypti eos libere persequebantur, ut comprehenderent, etiam per Mare Rubrum: quo facto, ipsi ibidem necessario ex vi sui decreti, quo eos punire et mergere volebat, reipsa mergentur et suffocarentur. Rursus, aliqua necessitas accipi potest communita sors, conditio quædam cum illorem ingesto et natura conjuncta, ut fatalis quædam necessitas videlicet poluisset, ait Pineda, lib. VI De Rebus Salomonis, cap. xv. num. 10: hæc necessitas est ex parte rei, cujus culpa exigit justam penam, sicut prior fuit ex parte Dei, ejusque decreti ac justitiæ vindicative, quæ quasi necessario possei justam reatus vindictam, ut justitiæ satisfiat; prior ergo posteriori est correlativa, et antipositive respondet: nam culpa exigit penam a justitia, et vicissim justitia penam justam culpæ reoque infligit, ut non remaneat dedecus culpæ sine decore penæ, justæque vindictæ: hæc enim illam adæquat, et quasi obliterat.

5. ET 6. ET POPULUS QUIDEM TUUS MIRABILITER TRANSIRET (græce, *καταβήσκει διακοπὴν ὁδοῦ*), id est paradoxum, inopinatum, mirabile iter, vel perfectionem transiret; Vatablus et alii legunt *καταβήσκει*, id est tentaret: vide dicta cap. x. vers. 17) ILLI AUTEM (Egypti scilicet) NOVAM (græce, *ἕνεα*, id est peregrinam, novam, insolitam, mirandam) MORTEM INVENIRENT (submersionem in Mari Rubro). OMNIS ENIM CREATURA AD SUUM GENUS (id est secundum vel juxta genus suum, id est, ut græce, in genere suo) AD

INITIO REFIGURABATUR, DESERVIENS TUIS PRECEPTIS, UT FUERA TUI CUSTODIRENTUR ILLESI. — q. d. Primo, omnes creaturas, quas adhibuisti ad puniendos Ægyptios et servandos Hebræos, novam induere figuram et formam, ut, que prius existerat talis vel talis conditionis, jam alia esse inciperet, et quasi novum esse ab initio acciperet. Explicat id exemplis columnæ, nubis, maris, manna, et ceterorum que subjecti: omnia enim hæc in gratiam Hebræorum videbantur mutare suam indolem et naturam, ut Hebræis comoda, Ægyptiis vero noxia evaderent. Unde Vatablus vertit, *siquidem res omnes creatæ, commissæ sibi curæ subservientes in genere suo, aliam de integro figuram, ut illi filii tui conservarentur, induere. Secundo, ab initio explicat S. Bonaventura, q. d. Creatura recipereunt eam conditionem, quam habuerunt in statu innocentie, scilicet ut essent innoxie, nec nocerent Adæ innocenti, verbi gratia, aqua submergendo, ignis comburendo, spine pungendo, nubes obscurando, etc.: nam pro ab initio, græce est, *ἀπὸ ἀρχῆς*, id est rursus desuper, sive ex alto; vel rursus ab integro, sive ab initio; vel rursus a principio, ab antiqua origine, uti erat olim in sui initio et creatione: hæc tria enim significant *ἀρχῆς*. Hoc tertium sequitur S. Bonaventura; et nosler a Castro: Revocabatur, inquit, creatura ad initium creationis, quasi de novo crearetur et reformaretur in gratiam Israelitarum: videbatur enim rursus reformata a Deo, a quo facta fuerat in initio. « Deserviens tuis preceptis, » græce, *πρὸς τὰς ἐπιταγὰς*, hoc est inserviens certis et propriis officiis, que Deus illi ad commodum Hebræorum demandabat. Pro *refigurabatur*, græce est *ἀνακαινίσθη*, id est ad suum typum sive formam revocabatur, ad primævam suam ideam reformabatur, de novo suo typo applicabatur, ut novam formam et figuram acciperet: typus enim sive forma rerum creaturarum est idea, que est in mente et voluntate divina: juxta hanc enim Deus omnia creat et recreat, format et reformat.*

7. NAM NUBES CASTRA FORUM OMBRABAT, ET EX AQUA, QUE ANTE ERAT, TERRA ARIDA APPARUIT, ET IN MARI RUBRO VIA SINE IMPEDIMENTO, ET CAMPUS GERMINANS DE PROFUNDO NIMO; — græce, *nubes castra inumbrabat: quæ autem aqua prius fuerat, sicca emergens terra visa est: a Mari Rubro via non impedita, et viridem herbam ferens campus et gurgite violento*. Exemplis ostendit quod dixit, scilicet Deum in gratiam Hebræorum creaturas quaslibet transformat et commutasse: primum exemplum est columnæ præiens castra, hæc enim formam umbrabat quotidie, dum per noctem splenderet ut ignis ad illuminandum tota Hebræorum castra, per diem vero opacaretur ut nubes ad castra ombrandum, et ab æstu solis protelegendum. Secundo est, quod « ex aqua, que ante erat, terra arida apparuit, et in Mari Rubro via sine impedimento; » græce, *ex prius autem existente*

*aqua arida emersio terra visa est, vel sicca emergens terra apparuit, et ex Mari Rubro iter expeditum, cum scilicet Deus per Moysen virga percutientem Mare Rubrum, illud divisit, ac ventum validum induxit, qui alveum ejus plane siccaret, atque reseccis (si que ibi erant) sylvis, carofis, saxis, etc., illud complanavit, ut Hebræi, etiam pueri et femine, sicco pede, facile, molliiter et exultanter illud transirent; unde Isaias, cap. XLII, vers. 43: « Qui eduxit eos, inquit, per abyssos quasi equum in deserto non impingentem, » q. d. Sicut equus in hippodromo, ubi omnia ad cursum æquata et complanata sunt, facile decurrit, nec usquam impingit: sic Hebræi per alveum Maris Rubri a Deo complanatum, molliiter transierunt. Pergit Isaias: « Quasi animal in campo descendens: Spiritus Domini duxerit eos, sicut sic adduxit populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriæ. » Et Psaltes, *Psal. cv, 9*: « Et increpuit Mare Rubrum, et exsiccatum est, et deduxit eos in abyssis sicut in deserto. » Hinc fuit quod ait Philo, lib. *De Vita Moysi*, fundam Maris Rubri antea limosum et lutuosum concrevisse: « Suis minutis, inquit, induruit vel pavimentum constratum silice; » intellige quantum sufficibat ad firmandos et solidandos in eo gressus: nam alloqui erat instar campi germinantis, ut sequitur. Magnum hoc fuit prodigium et beneficium, quo Moyses virga sua, sive baculo suo secuit, et stilli aquas Maris Rubri in gratiam Hebræorum.*

Simile fecit S. Sabinus episcopus Piacentinus, qui Padum restagnantem litteris ad eum scriptis in suum alveum repulit; de quo audi S. Gregorium, III *Dialog. cap. x*: « Sabinum fuisse assarunt miræ virtutis episcopum, cui dum die quadam suis diaconus nuntiasset, quod cursus sui Padus alveum ogressus Ecclesie agros occupasset, totaque illi loca nutriendis hominibus profutura aqua ejusdem fluminis teneret, venerabilis vite Sabinus episcopus respondit, dicens: Vade et dic ei: Mandat tibi episcopus, ut te compescas, et ad proprium alveum redeas. Quod diaconus ejus audiens desepit et irrisit. Tunc vi Dei accessio notario dictavit, dicens: Sabinus Dominus nostri Jesu Christi servus, commonitorium Dado: Præcipio tibi in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut de alveo tuo in locis istis ulterius non exeat, nec terras Ecclesie ledere presumas. Alque eidem notario dicens subjunxit: Vade, hoc scribe, et in aquam ejusdem fluminis profice. Quo facto sancti viri præceptum suscipiens, statim se a terris Ecclesie fluminis aqua composuit, atque ad proprium alveum reversa, exire ulterius in loca eadem non presumpsit. Quia in re, Petre, quid aliud quam inobedientium hominum duritia confunditur? quando in virtute Jesu, et elementum irrationale sancti viri præcepti obedivit. » Simili modo S. Attala abbas Bobiensis, cum Bobius fluvius monasterii mœciandum alveum suffoderet, Sinoaldo diacono dixit:

« Sumpto baculo, quo sustentor, vade ad Bobium fluvium, et facto crucis signo dicto illi, ut has manus desinat perfodere: » quod cum fecisset, Bobius obediens recessit, et ad adversam molenam ripam cursum inflexit: ita Surtius in Vita ejus, et Philippus Ferrarius in *Catalog. Sanct. Italiae*, ad diem 10 martii. Denique S. Gregorius Thaumaturgus, quem S. Basilius Moysi comparat, paludem infer fratres causam discordiarum exsiccat, ac Lyrum fluvium pernicioso agros inundantem ad ripam, quo sustentabatur baculo, qui statim videntem crevit in arborem, coarctavit, ut postea ultra eum terminum non efflueret, uti refert S. Gregorius Nyssenus in ejus Vita. Ex dictis patet, Hebræos non ambulasse super mare, sed in fundo maris sicco. Quare canit Tertullianus lib. II *Contra Marc. cap. III*:

Cæcavit fluctus, hostes demersit in undis:

poetice dictum est *cæcavit*, id est superavit fluctus maris jam divisi, perinde ac si pedibus eos calcasset.

Et campus germinans de profundo nimo; — græce, *et viridem herbam ferens campus et gurgite violento, vel ex tempestate vehementi*; Vatablus, *et herbosus et fluctu violento campus, unde poeta*:

Prosilii herbosus violento et gurgite campus;

Syros, et convulsæ est via in Mari Rubro, et plantæ plena omni herba occurrit illis; Arabicus, et de gurgite profundo campus distinctus varietate herbarum; Nannius, *herbiferus campus et undis procellis gignetur*. Primo, S. Bonaventura, Lyranus, Holcot et Jansenius censent hæc figurale dici per hyperbolam, ac tantum significare, quod via illa in Mari Rubro fuerit Hebræis loco campi germinantis, eo quod cum summa alacritate et lætitia per eam transierint. Simili schemate Ezechielis filium Hebræorum redeuntium et captivitate Babylonica depingens, cap. v, ait: « Obumbraverunt autem et sylve, et omne lignum suavitatis Israel mandato Dei. Adducet enim Deus Israel cum jucunditate in lumine majestatis sue, cum misericordia et justitia, que est ex ipso: » vide ibi dicta. Secundo, magis proprie et germane Syrus, Arabibus et alii censent, alveum Maris Rubri vento siccatum apparuisse herbosum et floridum, instar campi germinantis et vernantis, ut Hebræis transeuntibus illud in Paschate, quando ver est, quo omnia virent, florent et vernant, miram amoenitatem, odoris suavitatem et jucunditatem afferret: nam in fundo maris, præsertim Rubri, germinat alga, herba et flores, quin et lauri, arbores ac sylve, uti docet Plinius lib. XIII, cap. xxv. « Nascentur, inquit, et in mari fructus, arboresque minores in nostro. Rubrum enim, et totus Orientis Oceanus refertus est sylvis; » et nonnullis interjectis: « Eodem tractu insularum sylvas operit æstus, quamquam altiores plantis populisque altissimis. Folia illi lauri,

flos violæ et odore et colore. Bacce ut oleis, et ipso odoris jucundi autumnæ nascentes, foliis nunquam deciduis: harum minores totas intangit mare; maximam cacumina exstant, ad que naves religantur; et cum recessit æstus, et radices. Alias quoque arbores in alto ab eisdem accipiunt eodem in mari visas, semper folia retinentes, fructu earum lupino simili. » Accedit recentiores et novi orbis repertoires, qui narrant Parium Mare herbis florentibus sic implicatum, quasi coronatum et concatenatum esse, ut navigari nequeat, sique adeo longis, ut a radice ad cacumen numerentur palmi sexaginta, ac quocumque vertantur fluctus, eodem pariter converti herbas et flores, ut fluctus herbarum potius et florum, quam aquarum et maris esse videantur. Ita Ovetius, lib. II, cap. v, et Simon Majolius, *collog. 10*, et ex his Pineda in *Job cap. XLVI, vers. 5*.

Porro Deus Hebræos deduxit in Mari Rubro ea parte et loco, qua major erat plantitas, ac lætissima herbarum viriditas, florum amœnitas, atque minor copia arborum et sylvarum: hæc enim fieri tante multitudinis, ac multo magis equitum et currum Pharaonis insequentis impeditissent et retardassent: tacet hoc Moyses, *Ezod. xiv, 22*; sed multa hic supplet Sapiens, quas ibi reticentur. Denique, Sapiens hic significat Deum in gratiam Hebræorum mira patrasse prodigia, omnesque creaturas transformasse, ut eis beneficent foret ac voluptatem afferret: que plane verissime est cum effecisset, ut transitus eorum per alveum maris adeo læti, qui adias fuisset difficilis, utopse arenosus, lutulentus et glaber, germinantibus herbis et floribus eis esset amœnus, hilaris et jucundus, ne ut alias itineris tam longi et fastidiosi eos læderet. Hæc est suavis, benigna et munifica Dei nostri erga suos providentia providaque cura: ita nostri, a Castro, Lorianus et Pineda, lib. IV *De Reb. Salom. cap. xiii, vers. 5*; nec ad hoc opus erat miraculo, sufficiebat enim alvei Maris Rubri natura et conditio, ut ex Plinio dixi.

8 et 9. PER QUEM OMNIS NATIO (GENS HEBRÆORUM) TRANSIVIT, QUE TEGBATUR TVA MANU, VIDENTES (singuli et natio sive gente hæc) TVA MIRABILIA ET MONSTRA (græce, *per quem tota gens transierunt, que tua manu protegebantur conspicientes miranda portenta*, scilicet Maris Rubri divisi dissectique, columnæ nubis præcens, iter angeli medium sese inter Hebræos et Ægyptios interponens, ac in hos jaculantis fulmina, quibus curtos, æquos et equites prostravit, et miserit in Mari Rubro, *Ezod. xiv, 23*). TANQUAM ENIM EQUI DEPERVERIT ESSE CAM, ET TANQUAM AGNI RESULTAVERINT MAGNIFICANTES TE, DOMINE, QUI LIBERASTI ILLOS; — græce, *tanquam enim equi hinciterunt; et quasi agni resultaverunt laudantes te, Domine, qui liberasti ipsos*; Arabicus, *quantum depasti sunt velut equi, et exultaverunt tanquam tauri, glorificantes te, o Domine, qui liberasti eos*; legit Noster cum Complutensibus, Regiis et Vaticanis, *inquitur*, id est *pasti sunt*, pro

quo alii legunt *lypationis*, id est *hinterunt*. Sensus est, q. d. Hebraei transeuntes Mare Rubrum, herbis floribusque germinans et vernans, videntur Aegyptios in eo mersos, mire gavisi sunt et exsultaverunt instar agnorum salientium et equorum hinnientium, praesertim cum mox a transitu, in deserto arido viderunt sibi assidue paratam a Deo escam suavissimam, scilicet manna et coturnices, quam avidissime et jucundissime depasti sunt. Conglomerat enim hic Sapiens beneficia et miracula a Deo praestita Israeli, ideoque ab uno salit ad aliud, licet diverso loco et tempore editum, nimirum a transitu Maris Rubri salti ad coturnices: unde eas mox nominat vers. 11; et ad manna: hoc enim celebrat vers. 20. Alludit ad equos depascentes graminis in campo, et agnos in eo exsullim ludentes: nam vers. 7, herboso campo comparavit alveum Maris Rubri, q. d. Tam licet et festive gaudentes et epulantes Hebraei transierunt alveum Maris Rubri, quam equi transeunt per campos et prata herbis florida, quae ipsi avidè depascuntur, quinque agni in isdem gaudent et exsultant: simili enim modo Hebraei in transitu Maris Rubri herbis, floribus, rebusque omnibus ad eorum voluptatem gustumque comparant, quasi escas pasti et recreati sunt. Forte enim piscibus, ostreis, pomis et fructibus, etc., in Mari Rubro inventis, et a Deo praeparatis proprie pasti sunt: sicut enim Deus Hebraeis paravit mannam in deserto, *Psalm. LXXXVII, 49*, sic et parare potuit in Mari Rubro.

Denique per catachresin *pasti sunt*, id est velut qui bene pasti et saginati exsultarunt, et, ut omnium legunt, *lypationis*, id est *hinterunt*, id est gaudentes et jubilantes hymnos Deo cecinerunt, ac praesertim canticum Moysis, quod haec de re extat, *Exod. xv, 4*; maxime autem notat manna et coturnices, ut dixi. Sicut enim herba in campo ab equis et agnis, utpote mitibus et lanigeris animalibus, ideoque benigni dentis, carpta et depasta mox repullulat et renascitur; depasta vero a feris, utpote venenati dentis, non regerminat, sed labescit, et velut eneca a virulento dente in radice crescit: sic pariter Israeli fidei et pio collectum, et quasi depastum in campo manna quotidie resescebat et renascebatur, cum impiis et virulentis Aegyptiis omnia tabescebat, exarescebat et periret, juxta illud, *Proverb. xx, 21*: «Thesaurus desiderabilis et oleum in habitaculo justi: et imprudens (impius) homo dissipabit (hebr. *depascet*) illud.» Sensus ergo est, q. d. Hebraei in vasta solitudine cibo celesti, puta manna pasti et lautissime emittiti, exsultarunt instar equorum et agnorum, qui in pinguisis et amonissimis pratorum pascosi trifolii sibi sapidissima depascunt. Porro insulsum est, quod ait Holcot: Depaverunt, id est *abdaxer* et *sine paore se habuerunt*. Minus recte quoque Lyranus et Dionysius: Depaverunt, inveniunt, id est disiperunt arma et spolia AEGYPTI.

tiorum mersorum in Mari Rubro: arma enim non erant esca.

Denique partentum hoc divisi Maris Rubri, et transitum Israelis celebrans Peales sic canit *Psalm. cxvii, 4*: «Montes exsultaverunt sicut iociter, et colles sicut agni ovium,» quod S. Basilius sic exponit: Per hyperbolen montes tripudiantes et ledantes inducit, ut magnitudinem gaudii Hebraeorum significet: sic et Euthymius, multique alii. Rabbinii tamen ad litteram ut pacet accipiunt: tradunt enim montem Sina terre motu commotum se vertisse, et curvasse super Hebraeos instar Tinae, eisque applausisse, inquit R. Isaac apud Genebrardum in *Psalm. cxvii*; et Genebrardus: Ob maris, inquit, et Jordanis exsiccationem tam stupendam vicini montes quasi tripudiarunt, partim admirantes prodigium, partim gratulantes populo. Quin et Theodoretus: Montes, inquit, id est mons Sina cum suis collibus et jugis partim pro gaudio divinae praesentiae gestit, ut legit S. Augustinus et Romana; partim pro metu et reverentia contremuit et subsiliit, cum Deus in eo Israeli paulo post transitum Maris Rubri daret legem, ut patet *Exod. xix, 18*: «Erat, inquit, omnis mons terribilis;» Chaldaeus, *contremuit totus mons*; Pagninus, et *commotus est mons veldae*; Vatablus, et *totus mons vehementer contremuit*, sic et Hebraei; unde et sequitur in *Psalm. cxvii*: «Terra mota est;» Aquila, *parturivit*; S. Hieronymus, *contremiscit*, scilicet ut parturians, hebraice enim est *partu chad*, id est *instar parturientis contremuit*. Tropologice, S. Augustinus, S. Hieronymus et Cassiodorus in *Psalm. cxvii*: Cum, inquit, conversi sumus a vanitate ad veritatem, a creaturis ad creatorem, mare fugit, id est omnis sensu impedimenta cesserunt; terra, id est terrenum hominis cor poenitentia compunctum et contremotum est; montes et colles gestierunt, id est, apostoli et praedicatores exsultarunt conversione gentium, spe celestis gloriae, et reverentia Dei.

10. MEMORES ENIM ERANT ADHUC EORUM, QUE IN INCALATU ILLORUM FACTA FUERANT, QUAMMODUM PRO NATIONE ANIMALIUM EDUXIT TERRA MUSCAS, ET PRO PISCIBUS ERUCTAVIT FLUVIUS MULTITUDINEM RANARUM. — q. d. Hebraei exsultaverunt, tam quia magnifice a Deo habiti et pasti, tum quia memores erant, quanta paulo ante pro eis contra Aegyptios Deus portenta patresset in *incalatu*, cum scilicet adhuc incolerent Aegyptum, dum pro natione animalium, graece *zōiōn*, id est *facta*, sobole vel generatione pecorum, terra produxit muscas, ac Nilus fluvius pro piscibus, graece pro *agualibus*, dedit copiam ranarum, quae omnes Aegyptiorum domos, mensas et lectos opplevrunt et conspurcarunt: vide diota *Exod. vii, 4* et seq. Pro in *incalatu*, graece est in *zōiōn*, id est in peregrinatione vel peregrinitate sua, puta in Aegypto, in qua peregrini erant et peregrinabantur Hebraei, juxta oraculum a Deo Abrahae datum *Genes. xvi, 13*.

11 et 12. NOVISSIME AUTEM VIDERUNT NOVAM CARITURAM AVIUM, CUM ADDECTI CONSPICIENTIA POSTULABERENT ESCAS EPULATIONIS. IN ALLOCUTIONE ENIM DESIDERARI, ASCENDIT ILLIS DE MARI ORTYGOMETRA: ET VEXATIONES PECCATORIBUS SUPERVENERUNT, NON SINE ILLIS, QUAE ANTE FACTA ERANT, ARGUMENTIS PER VIM FELINUM: JUSTE ENIM PATIRIBANTER SECUNDUM SUAS NEQUITIAS; — graece, in *novissimo* autem viderunt et novam generationem avium, cum *conspicientia adducti* postulassent cibos deliciarum: nam ad consolationem eorum ascendit de mari *ortygometra*, ac supplicia peccatoribus supervenerunt, non sine factis signis vi fulminum; juste enim patiebantur suis nequitias. Pro *novissime*, graece est, *τῆς ἑσπερας*, id est *deinde*, postea: hebraeam enim *תַּיִן* *achar* significat sequens, posterius, quod Noster vertere solet *novissime*: explicat escam, quam depaverunt Hebraei, scilicet eam fuisse coturnices spidas et delicatas. *Novam creaturam*, id vocat coturnices nove a Deo productas, et in desertum adductas, quae novi et exquisiti erant saporis, aeque ac magnitudinis et pinguedinis: ita S. Bonaventura; unde eas vocat *escas epulationis*, graece, *escas deliciarum*, id est delicatas, quae in epulis lautioribus solet apponi ad epulandum delicate et voluptuose. In *allocutione*, graece, *ἐκ παραβολῆς*, id est in *consolatione*: allocutio enim itinerantis et laborantis, est solatium itineris et laboris. *Ortygometra*, ita vocatur coturnicum dux, indeque agmen, ut dixi cap. xvi, vers. 2. *Vexationes*, *zōiōn*, id est *supplicia*, quae irrogantur ad vindicandum *zōiōn*, id est *honorem*, ait Gellius, lib. VI, cap. xiv, puta Dei hoc loco, quem leserant Aegyptii, Deo et Moysi rebellantes.

NON SINE ILLIS, QUAE ANTE FACTA ERANT, ARGUMENTIS PER VIM FELINUM: — ita Romana et Graeca; male ergo nonnulli legunt *fluminem*: transit, vel potius redit ad ultimam plagam Aegyptiorum, qua cum Pharaone mersi sunt in Mari Rubro, q. d. Ultima haec plaga eis inflata fuit post praecedentia argumenta irae Dei, quia scilicet antequam Deus eos mergeret, jaclatus est in eos tonitrua et fulmina, quibus curtus eorum, equos et equites subvertit, ut dixi *Exod. xv, 25*. Audi Josephum, lib. II *Antiq.* cap. vii: «Ergo cum jam inversus exercitus introgressus esset, refunditur iterum mare, et Aegyptios fluctibus involvit, ventis etiam eodem impellentibus: accesserunt et imbres de caelo, et aspera tonitrua fulguribus simul intominebantur, fulmina quoque deferebantur, et nihil omnino deerat eorum, quae ab irato Deo hominibus ad perniciam immitti solent.» Aliqui censent haec dici de Sodomis: in hos enim Deus e caelo jaclatus fulmina, eos igne caelesti sideravit; verum durior est tantus tamque subitus iste saltus, ut subito ab Aegyptiis transiliat ad Sodomitas: ad eos tamen alludit. Tacite ergo confert Aegyptios cum Sodomitis, q. d. Sicut olim Dominus a pluit super Sodomam et Gomorrhah sulphur, et ignem a Domino de caelo, et subvertit

civitates has, et omnem circa regionem, » *Genes. xix, 24*: sic pariter in Aegyptios jaclatus est fulmina et ignes caelestes, quibus castra eorum subvertit in Mari Rubro, idque ob similes eorum nequitias, praesertim inhospitalitatem, id est in suos hospites barbari erant et truculent, ut isequitur.

13. ET ENIM DETESTABILIOREM INHOSPITALITATEM INSTITUERUNT: ALII QUIDEM IGNOTOS NON RECEPIBANT ADVENAS: ALII AUTEM BONOS HOSPITES IN SERVITUTE REDIGEBANT. — *Inhospitalitatem* accipio non negativam, sed positivam: graece enim est, *μωχθρία*, id est odium hospitalitatis et hospitium. Pro *institerunt*, graece est *ἐπιβόρως*, id est *exercuerunt*. Pro *ignotos*, graece est *ἀπειροσ*, id est *ignorantes*, qui scilicet non norant ipsos, nec ab ipsis erant cogniti, q. d. qui nullum cum eis commercium habebant, unde nec in eos benefici exsultarunt. Unde Noster apte verit iugiter; Vatablus *verit*, *non alii eos, qui errabant apud se, vel ignotos non recipiebant*; Osorius, *nam vel homines tantum immunitatis ignaros non recipiebant*. Pro *advenas* Noster legit *ξενίους*, jam legunt *αξέβους*, id est *praesentes*. Pro *bonos*, graece est *εὐεργέτας*, id est *benefactores*.

Comparativus *detestabiliorum* significat hic comparationem institui inter inhospitalitatem Aegyptiorum et Sodomitarum, ad quos versus praecedenti alluit, ut dixi. Sensus ergo est, q. d. Sodomites sibi lauti, alii fuere crudelēs, ac praesertim in hospites duris et saevi; unde Ezechiel, cap. xvi, vers. 49: «Ece, inquit, haec fuit iniquitas Sodomae sororis tuae, superbia, saturitas panis, et abundantia, et opium ipsius et filiarum ejus, et manum egeno et pauperi non porrigebant.» Sed tamen magis inhospitales fuere Aegyptii: nam Sodomite angelos hospites missos ad Lot, *Genes. xix, 3*, non receperunt hospitio, utpote ignotos, quia ignorabant eos esse angelos, ac nullum cum eis commercium habebant, nec ullum sciebant ab eis se recepisse beneficium. At vero Aegyptii a bonos, (graece *benefactores*, hospites, puta Hebraeos, a quibus multa receperant beneficia, se imprimis a Joseph, qui totam Aegyptum in fame aluit et ditavit, *Genes. xli, 47* et seq.) in servitutum redigebant, » isque quasi mancipiis ad agros colendos, ad Nili alveos et fossas reparandas, ac pyramides extruendas, etc., tyrannice abutebantur. Quocirca magis puniri fuere a Deo inhospitales Aegyptii, quam Sodomites: hi enim solo igne, illi vero igne et aqua siderati sunt, cum fulminibus icti, mersi sunt in Mari Rubro: hanc comparationem plane significant Graeci, quae sic habent, *nam et graviorem inhospitalitatem exercuerunt: illi enim ignotos non recipiebant praesentes: hi autem bene meritos hospites in servitutum redigerunt: ubi illi opponitur ἰσὺς hi: illi, scilicet Sodomites; hi, scilicet Aegyptii.* Porro quam Aegyptii fuerint in hospites saevi, liquet ex Busirdi Pharaone, qui Thasium immolavit ad arcedam Aegypti sterili tatem: idem faciebat ceteris hospitibus, teste Eu-

sebio in Chron., et S. Augustinus, lib. XVIII De Civit. cap. XII : illo, ait, tempore (quo Danaus imperabat Argivis, Athenis Minos, Aethice Erichonius, Graecia Dionysius sive Liber pater, Hebraeis Moyses et Iosue) vel rex, vel potius tyrannus Busris, suis diis suos hospites immolabat, quem filium Neptuni perhibent; » qua de causa ab Hercule occisus est. Unde et Virgilius, III Georg. :

Quis, ait, aut Erichthea duram,
Aut illaudatū (id est infamis) nescit Busris aras ?

Idem patet ex crudelitate, quam Aegyptii exerant in Moysen et Hebraeos hospites, Ecod. I et seq., atque ex iis quae de Aegyptiis narrat Arnobius, lib. VIII Contra Gentes, Minutius in Octav., Diodorus Siculus, lib. II, cap. IV, et alii.

14 et 15. ET NON SOLEM HEC, SED ET ALIUS QUIDAM RESPECTUS ILLORUM ERAT: QUONIAM INVITI RECEPIANT EXTRANEOS. QUI AUTEM CUM LAETITIA RECEPERUNT HOS, QUI EISDEM USI ERANT JUSTITIAS, SEVISMIS AFFLIXERUNT DOLORIBUS; — graece, et non solum, sed quodammodo visitatio erit illorum, quoniam odiose recipiant extraneos; alii vero, quos cum festivitatibus acciperant, eos jam ejusdem juris participes factos, gratias affecerunt laboribus. Pro respectu, graece est immensitas, id est visitatio, inspectio, consideratio, respectus, q. d. Aegyptii non solum hospites in servitute redigebant, sed et in eis alia culpa et inhospitalitas consideranda et respicienda occurrunt, quod solliciti a invitii (graece ἀνίθης, id est odiose, inimice, iuvile, fœdica) recipiebant extraneos, » cum hospites hilari ore et vultu sint recipiendi: potest quoque visitatio accipi pro ratione agendi, more consuetudine vivendi. Aliqui hæc accipiunt, de Sodomitis, ut sit secunda anthithesis, quod Sodomite invite receperint hospites; Aegyptii vero festive receptos sæve afflixerint, ut sequitur: verum nec in Graeco, nec in Latino ulla hic insinuat anthithesis; ergo de Aegyptiis loqui pergunt.

QUI AUTEM CUM LAETITIA (graece, μετ' ἑστιασίου, id est cum festivitatibus; Jansenius, festivis et solemnibus gaudiis; Vatablus, quodivorum celebritate; Osorius, hilari fronte inter solemnia sacra diebus festis), RECEPERUNT HOS, QUI EISDEM USI ERANT JUSTITIAS — ita legendum, non institutis, etsi eodem rediat sensus: graeco enim est δίκαιον, id est iustus neutro, hoc est iustus, q. d. Aegyptii Hebraeos, quos primitus in gratiam Joseph festivis gaudiis, ludis et festis exceperant, quosque in suam rempublicam receptos sui juris fecerant participes, ac quasi cives civitate donarant, hos mortuo Joseph contra omne jus et fas « sevissimis afflixerunt doloribus » et laboribus, qui recensentur initio Ecodi. An non hæc summa erat inhospitalitas, summaque barbaries fulminibus ferienda, et aquis Maris Rubri suffocanda?

Moraliter, disce hic quam immiseri cordia et inhospitalitas Deo displiceat, utpote propter quam inter alia scelera Sodomam, totamque Pentapolim igne caelesti combussit, Ezech. XVI, 49; ac

Pharaonem cum totis castris fulminavit, morstique in Mari Rubro. Ex adverso misericordia et hospitalitas Abrahæ ita placuit Deo, ut meruerit angelos hospitio recipere, qui ei et Sara sterili filium Isaac promiserunt, Genes. XVIII. Sic et S. Gregorius ob eleemosynas et hospitalitatem angelum hospitio excepit, qui ei edixit Beure propter eas elegisse ipsum in pontificem, uti habet ejus Vita: idem S. Gregorius, lib. III Dialog. cap. XI, narrat Carbonium Populomii episcopum, eo quod milites hospitio excepisset et abscondisset, a Totila Gothorum rege uris objectum, sed ursos dellexa cervice, summissoque humiliter capite ejus pedes lambere cepisset, quo portento permotum Totilam et Gothos, odium in amorem, et contemptum in honorem vertisse, ipsamque ut sanctum magna in veneratione habuisse. Quod circa S. Paulus Hebraeos, cap. XIII, vers. 2, exhortatur dicens: « Hospitalitatem nolite oblivisci: per hanc enim laterunt (alii legunt placuerunt) quidam angelis hospitio recepti, » ubi plura hæc de re annotavi: ad eandem omnes urget S. Basiliius, hom. 8 Hexam., exemplo cornicum, que ciconias alio volantes sub hyemem comitantur, et secure ad hospitium deducunt: « Cornices, inquit, nostrates velint lictores, satellitesque ipsas comitantur atque deducunt: quin, ut mihi videtur, et socias se offerunt, auxiliariæque adversus aves ipsas adversarias atque hostes. Oculis re argumento sum illa: primum, quod nostris in provinciis illo tempore nulla prostris cornis conspiciatur; deinde cum vulneribus redeunt, aperta prestite tutelæ indicia nobis afferunt. Quis apud ipsas hospitalitatis jura præscripsit? Audiant hæc homines hi, qui nullo hospitio homines exceperant, januasque suas ocludunt, et neque hyeme, neque noctu solo legitime peregrinos, advenasque suscipiunt. »

Magnus ille S. Pachomius, cum adhuc gentilis esset et miles, visa christianorum in milites transientes tam profusa hospitalitate, ad Christi fidem conversus tantus evasit, ut religionis fundator regulam ab angelo accipere meruerit: ita habet ejus Vita. Ingens fuit primorum christianorum hospitalitas, præsertim pontificum et civium Romanorum, ut liquet ex Annalibus Baronii, quin et etiamnum Romæ eadem viget, ut videtur in tot tamque copiosis hospitalibus, ac episcoporum, sacerdotum, religiosorum cæterorumque peregrinorum hospitibus, quibus præter alia plurima, similis generis tota urbs referta est.

16. PERCUSSI SUNT AUTEM CECITATE: SICUT ILLI (Sodomite) IN FORIBUS JUSTI (Lot) CUM SUBTANEBIS OPERTI ESSENT TENEBRIS (graeco, ἀπὸ τῶν πύλων κούρου, id est vastis, vel immensis, vel stupore plenis, quæ Aegyptios reddebant percussos et stupidos, vallati, vel circumdati et circumfusi tenebris) UNUSQUISQUE TRANSITUM OSTIISU (graeco, ἀπὸ τῶν θυρῶν, id est ostiorum suorum) QUÆREBAT. — Aliqui, ut S. Bonaventura, Lyranus, Hugo et Ribera in Sophon. 8

num. 81, hæc omnia accipiunt de Sodomitis, qui cum invaderent ostium Lot, ut hospites, puta angelos raprent ad suam libidinem, ab angelis percussis sunt cecitate, ut ostium Lot invenire nequirit: addit Ribera, ex hoc Sapientis loco liquere Sodomitas, etiam ostia proprietarum adium reperire non potuisse. Verum melius alii passim hæc accipiunt de Aegyptiis, de quibus sermo præcessit: hos enim comparat Sodomitis, quod sicut hi cecitate percussus ostium Lot invenire non poterant, Genes. XIX, 10, sic et Aegyptii triduanis tenebris (de quibus egit cap. XVII, vers. 2 et seq.) involuti ostia suarum domorum, per quæ transire solebant, videre nequirent: hoc enim plane verba significant, præsertim sicut illi. Pro cecitate, graeco est ἀσπότης, id est evidentia, cecitas. Fuit hæc dispar in Sodomitis et Aegyptiis: in Sodomitis enim fuit interna, qua solliciti eorum oculi tenebantur et obscurabantur, ut videntes ostium Lot non viderent, id est, non agnoscerent illud esse ostium Lot, sed putarent esse communem parietem, vel quid aliud; in Aegyptiis vero fuit caligo et tenebræ externa, quæ visum communem impediebant. Juste et congrue inhospitalitas, qui hospites videre non poterant, privantur oculorum (quibus abutebantur) usi et visu.

17. IN SE ENIM ELEMENTA DUM CONVERTUNTUR (q. d. Dum elementa inter se commutantur, non natura et substantia, sed conditione et qualitate: subaudi sic se habent) SICUT IN ORGANO QUALITATIS SONUS IMMUTATUR, ET OMNIA SEUEN SONUS CUSTODIUNT: UNDE ESTIMARI EX IPISO VISU CERTO POTEST. — q. d. Sicut in psalterio, cithara, lyra, aliove musico instrumento sonus unius chordæ, et variatione modulationis et soni aliarum chordarum, aliam et aliam harmoniam, æque ac nomen sortitur, licet eadem sint chordæ, idemque in se maneat singularum sonus: ita Deo quasi ludente, psalterio et citharizante in elementis Aegypti, idem elementum suam naturam, proprietatem et ordinem retinens, junctum alteri elemento, in ejus naturam et usum transiro visum est: « agrestia enim in aquatica convertebantur, » uti explicans subdit. Quod dixit, vers. 6, Deum in gratiam Hebræorum vim et conditionem naturalem elementorum immutasse, idipsum hic apta similitudine instrumenti musici declarat: sicut enim in eodem pulsatur, manente eodem sono cuiusque chordæ et vocis, ex concursu soni et vocis aliarum chordarum mutatur harmonia et concentus: sic pariter in elementis manente eadem cuiusque natura, Deo operante et singula quasi pulsante, mutatur earum operatio et actio, operisque harmonia et concentus, quo omnia consonabant et conspirabant in salutem piorum Hebræorum, ac in perniciem impiorum Aegyptiorum. Pro organo, graeco est ψαλτήριο: organum enim est vox generalis significans quodlibet instrumentum musicum, ita dictum quasi ψαλτήριον, id est operatorium, puta instrumentum quod operose opus,

v. g. sonum et harmoniam operatur effluente. « Unde estimari ab ipso visu certo potest, » hoc est, ut habent Graeci, quod ex ipsa rerum factorum visione, vel inspectione perfecte licet conficere: patet ex sequenti.

18. AGRESTIA ENIM IN AQUATICA CONVERTEBANTUR: ET QUÆCUMQUE ERANT NATANTIA IN TERRAM TRANSIBANT, — id est, ut graeco, terrestria enim in aquatica convertebantur, et natantia in terram transibant: nimirum Hebraei, eorumque jumenta terrestria, quæ in agris degere, arare et pascere solebant, per Mare Rubrum sicco pede transentia, videbantur naturam et conditionem piscium tranantium induisse: vice versa rabe, quæ solent in aquis natare, invadentes domos, mensas et lectos Aegyptiorum, videbantur naturam et locum mutasse, atque ex aquaticis t natantibus facta esse terrestria. Sapienter S. Iidorus, lib. I Sent. cap. IX, docet, « cum creaturarum stimulis, et elementaribus adversitatibus homo verberatur, peccati hoc exigere penam, ut Deo superbiens homo, ea quæ infra ipsum sunt, patatur adversa, iuxta illud, Sapient. III, 21: Pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos. »

19. IGNIS IN AQUA VALEBAT SUPRA SUAM VIRTUTEM, ET AQUA EXSTINGUENTIS NATURÆ OBLIVISCEBATUR; — graeco, ignis in aqua virtutem habebat, propria facultatis oblitus, et aqua extinguentis naturæ oblitusque; Syrius, ignis inflammabatur in aquis, et non comburebat secundum suam virtutem, et aqua virtute sua non custodiebat ignem; Arabicus, et ignis potentia imbatit in aquis, et aqua abscondit suam naturam. Loquitur de igne mixto pluviae et grandini, qui hanc non exstinguebat, nec ab eo exstinguebatur, sed velut cum ea sororians, ear quasi per antiperistatim accebat et intendebat, ac vicissim ab ea accebat et intendebatur: vide dicta cap. XVI, vers. 22, et Ecod. IX, 23.

Ex hoc loco et similibus Franciscus Suarez, I part. Quæst. XIII, art. I, disput. 31, sect. v et vi, probat in creaturis esse potentiam obedientialem, non tantum passivam ad recipiendum in se qualitates supernaturalles. quæ Deus in iis operatur imprimitur, ut vult Gabriel Vasquez, sed etiam activam, ad operandum per eas effectus, qui naturales earum vires superant, sicut operatur per ignem inferni corpus, facitque ut is agat in animas et spiritus demonum, elevando ejus activitatem naturalem comburendi corpora, ut supernaturaliter cruciet utraque spiritus. Neque dicas cum nonnullis, ignem hic nihil agere, sed Deum ad presentiam ignis per se totum facere urereque spiritus, quia Scriptura ait passim eos cruciari, torqueri, uri ipso igne. Sic pariter a Deo elevatur intellectus beatorum supra naturam, ut Deum ipsum per essentiam clare videat et amet visione et amore supernaturali, itaque beatur: hæc enim visio Dei beatifica non tantum est passio, sed et actio vitalis intellectus et voluntaria Rursum, sicut homo utitur calamo quasi instru-

mento ad scribendum, adeo ut sine eo scribere non posset, unde quo melior est calamus, eo melior est Scripura: sic pariter creatura Deo cooperatur quasi instrumentum, ad omnem ejus voluntatem et actionem supernaturalem. Tanta est creaturae ad Deum creatorem subjectio et obedientia, tanta vicissim Dei operantis potentia et infima cum creatura qualibet presentia et conjunctio, nimirum major quam sit formae cum materia, et animae cum corpore.

Ratio a priori igitur hujus potentiae obedientialis est omnipotentia Dei, qua ipse potest uti sua creatura ad omnem effectum, et secundum omnem modum et rationem non involentem contradictionem, sicut per eam humanam naturam sibi hypostasialiter univit, ac per eam sanavit caecos, surdos, claudos, mutos, paralyticos; sic et per sacramenta operatur gratiam in anima suscipientium illa, quam operationem S. Thomas ejusque aesseles censent esse non tantum *moralia*, sed et *physicam*, etsi alii id negent. Hoc est quod ait hic Sapiens: « Ignis in aqua valebat supra suum virtutem, et aqua extinguens naturam obliviscebatur, » etc.: sic etiam nam si Deus vellet, faceret ut ignis frigeret et aqua caleficeret, vide dicta cap. XVI, vers. 17 et sequent.; unde ibidem causam subjiciens ait: « Creatura enim tibi factori deserviens, exardescit in tormentum adversus injustos, et lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt. Propter hoc et tunc in omnia transfigurata, omnium nutriti gratiae tuae deserviebat. »

20. FLAMMÆ ET CONTRARIO, CORRUPTIBILITATE ANIMALIUM NON VESAVIRUNT CARNES COAMBULANTIUM, NEC DISSOLVERANT ILLAM, QUÆ FACILE DISSOLVERATUR Sicut GLACIÆ: BONAM ESCAM; — *græcæ, flamma et contrario facile corruptibilium animalium, non mercere fecerant carnes inambulantium, neque liquidabile glacialis forma liquifacietat genus ambrosii cibi.* *Primo*, S. Bonaventura per *flammas* accipit coluntiam ignis et nubis, quæ Hebræos secum ambulantes non comburebat, sed protegebat ab æstu solis. *Secundo*, alii accipiunt serpentes ignitos in Hebræos murmurantes a Deo immisso, horum enim serpentium corpora non urebantur ab igne in eis contento, ait Hobot: hi pariter non mordebant, nec urebant Hebræos eorumque iumenta, cum venum serpentium a Moysse erectum inspicerent, ait Hugo; Lyranus et Dionysius. *Tertio*, Osarius: Flamme, inquit, in Ægyptis immisso eos lædebant, non vero cætera animalia, ut liqueret ipsos esse peccatorum supplicium, ac in homines nocentes, non in animalia innocua immittit. *Quarto* et genuine, *q. d.* Animalia a Deo in Ægyptis ad eos cruciandis immissa, non lædebantur ab ignibus et fulminibus in eosdem immisissis, sed utraque quasi conjuncta in Ægyptorum exitum conspirabant. Rursum, cum Ægyptii vellet igne comburere immisissas a Deo in se ranas, muscas, locustas in rogos congestas,

ignis quasi natura sua oblitus illis pepercit, cum in medio ignis illesse inambularent, juxta illud cap. XVI, vers. 18: « Quosdam etiam tempora mansuebatatur ignis, ne comburerentur que ad impios missa erant animalia, sed ut ipsi videntia scirent, quoniam Dei jactura patiuntur persecutionem: » ita Cantacuzanas, a Castro, Lorianus et alii.

NEC DISSOLVERANT ILLAM, QUÆ FACILE DISSOLVERATUR Sicut GLACIÆ, BONAM ESCAM, — *q. d.* Mirabile, imo miraculum erat, quod flamma non liquabant manna, quod simile erat glaciæ, sive rori concreto: nam manna pistum et in fortis panesque eformatum, coquebatur et durabatur igne, uti coquantur et durantur panes nostri; cum tamen idem manna ad æstum solis, eo incaltescente dissolveretur et liquebatur instar glaciæ: vide dicta cap. XVI, vers. 20 et *Exod.* XVI, 44. Græcæ est *ἀβήτοις τρώειν* (minus recte Complutenses et alii legunt, *ἐσθίσαι*, id est *facile liquidabile*, cum illud idem sit quod *τρώειν*) *χρησιάζουσα*: *ἴσως ἀβήτοιας τρώει*, id est *neque liquidabile cristallo*, id est *glaciæ simile genus ambrosiane esæ*: crystallas enim similes est glaciæ, imo multi censent crystallum non esse aliud quam glaciem induratum, indeque dici *ἄβητος*, quasi *ἴσως ἀβήτοιας τρώειν*, id est *per frigus congelata aqua*: unde Dionysius, *De Situ orbis* ait, in mari Caspio gigni crystallum. Manna ergo simile erat crystallo, id est glaciæ, quia erat quasi ros frigore constrictus, qui ardore solis liquebatur: rursum erat candidum et albicans hincque instar crystalli. Talis mystice est Eucharistia, cujus typus erat manna, quia continet Christum, qui est agnus niveus omni crystallo candidior et luculentior, talesque efficit eos qui ipsum pie manducant, nimirum virgines, imo angelos, juxta illud *Zachar.* IX, 17: « Quoniam bonum ejus est, et quod pulchrum ejus, nisi frumentum electorum et vitium germinans virgines? » Rursum Eucharistia homines carnosos, id est infirmos et quasi aqueos, qui facile quibusvis fluctibus, id est tentationibus, cedunt et dissolvuntur, indurat et obfirmat, instar crystalli, ut nulla tentatione liquari aut vinci queant.

BONAM ESCAM, — *græcæ, ἴσως ἀβήτοιας τρώει*, id est *genus ambrosii cibi, vel ambrosianæ esæ*, id est esæ delicatissimæ, celestis et divini: ambrosia enim a poetis dicitur esse esæ delicatissima, ac deliciae Jovis et deorum, sicut nectar esse eorumdem potus; unde Martialis:

Juppiter ambrosia satur est, et nectare vivit.

Idem lib. VIII, *epigr.* 50, Domitiano imperatori, qui deus haberi volebat, pro epulis dat ambrosiam:

Vescitur, inquit, omnis eques tecum, populusque patresque,
Et capti ambrosias cum dace Roma dapes.

Ovidius, lib. I *De Pont.* eleg. 41:

Nectar et ambrosiam, latices epulasque decurram.

Et Catullus, *epigr.* 94, ait:

Ambrosia dulci dalcis.

Nam Ibiacus apud Adagiographum ad illud, *nectar spirat*, ait ambrosiam dulcedine mel novies superare. Hinc dicitur *ambrosia* ab a privativo et *βρωσις*, id est *mortalis*, interposito *μ* vocalitatis gratia, eo quod mortales eam non edant, vel quod qui eam ederint, immortales evadant: quocirca *ambrosia edendus* dicitur is qui cæteris eminet quasi diis æquandus; apud Ciceroem, lib. II *De Oratore*: et ambrosius græcè idem est quod *immortalis*, divinus, suavissimus et dulcissimus. Sic *nectar* dicitur a *νι* et *κτίζω*, quod non eorum qui moriuntur, sed *immortalium* deorum si potus, aut quod *vicia*, id est *juvenes*, vegetos et florentes efficit, ut ex Plinio et Dioscoride ait Mathioli lib. III, cap. cxi. Manna ergo vocatur ambrosia, quia *primo*, erat delicatissimi saporis; quia *secundo*, erat cibus celestis et divinus ab angelis confectus, juxta illud cap. XVI, vers. 20: « Angelorum esæ nutritivum populum tuum; » et *Psal.* LXXVII, 25: « Panem angelorum manducavi homo; » *tertio*, quia Hebræos omnes in deserto aluit per 40 annos, eosque fecit vegetos, fortes, et quasi immortales per totum tempus peregrinationis suæ: quocirca videntur gentiles ab Hebræorum ligno vite, vel manna mutati suam ambrosiam, æque a *nepehtas*, ita dictam, quod quasi *νι* *κτίζω*, omnem suam adimat, ac *moly*; quod senes juvenuti restituere perhibebant: vide Plinium, lib. XXV, cap. IV.

Allegorie, longe verius ambrosia est Eucharistia, quia *primo*, piis præbet omnem virtutum gratiarum et consolationum divinarum suavitatem; *Secundo*, est angelorum hominumque beatorum (qui qua homines in celo humanitate Christi pascuntur et beantur), imo Dei ipsius cibus: quo enim pascitur et delectatur Pater æternus, æque ac Spiritus Sanctus, nisi contemplatione Verbi sive Filii, in quo sunt omnes rerum idee, species et deliciae? *Tertio*, quia Eucharistia cibus est celestis a Christ confectus, ac fideles facit immortales, celestes et divinos, imo quasi deos quosdam terrestres, qui eos transformant in Christum, juxta illud *Joan.* VI, 57: « Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo; » et *III.* vers. 39: « Qui manducat hunc panem, vivet in æternum. » Quare in his verum est illud Hesiodi et Aristotelis, lib. III *Metaph.* textu 15, cæterorumque priscorum philosophorum et poetarum: « Mortales esse, qui non vescuntur nectare et ambrosia; qui vero his vescuntur, esse immortales: » hoc enim diserte de Eucharistia asserit Christus loco jam

citato, quare Eucharistia est sacramentum sacramentorum, sacrificium sacrificiorum, deliciae deliciarum, miraculum miraculorum, quod quotidiè patrat sacerdos in missa consecrans, et non advertit.

IN OMNIBUS ENIM MAGNIFICASTI POPULUM TUUM, DOMINE, ET HONORASTI, ET NON DESPERISTI IN OMNI TEMPORE, ET IN OMNI LOCO ASSISTENS ET: — est conclusio, qua confitetur Sapiens paternam Dei in Israel providentiam, curam, patrocinium, exaltationem, cibationem pro manna cæteraque beneficia que celebrat, pro hisque Deo gratias agit: Idem facit Moyses *Deuter.* IV, 7. Multo majora beneficia, miracula, sacramenta sunt, quæ Deus prestat christianis in Ecclesia militante, ac maxima erunt, quæ præstabit in triumphante: ipsi sit honor, deus, et gloria in omnes æternitates. Amen.

Hinc patet sapientiam, de qua toto hoc libro egit, tum regum et magistratum, tum regnorum et reipublicarum, tum fidelis ejusque vitam esse in Dei cultu, virtute et pietate; eamque adducere Dei favorem, beneficentiam, sollicitam omneque Bonum. Unde Moyses mortuus Israelitis id inculeans *Deuter.* IV, 6: « Hæc, inquit, est vestra sapientia et intellectus coram populo, ut audientes universa precepta hæc, dicant: Ne est alia ratio tam grandis, que habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster ad omnes observationibus nostris. Quæ est enim alia gens sic inclyta ut habeat ceremonias justaque judicia, et universam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? Custodi igitur temet ipsum, et animam tuam sollicitè. Ne obliviscaris verborum que viderunt oculi tui, et ne excidant de corde tuo cunctis diebus vite tue. »

Conspicienda dilabitur et alterat. Sola sapientia beat et æternit.

Transit sceleris voluptas, manet gebenna ÆTERNITAS.

Transit virtutis labor, manet gloria ÆTERNITAS.

Transit honor, fugit aurum, tempus avolat, stat firmi ÆTERNITAS.

O nimis longa, lata, alta, et profunda ÆTERNITAS!

Vita tua, o Philothee, brevis est, mors certa, dies incerta, anima tua immortalis est; post mortem ad vitam redire non licet, in ietn oculi clauduntur omnia, clausa est penitentiae janua: longa te excipiet et immensa æternitas; esse gaudia immensa et æterna sunt, intoleranda gehenne tormenta perennant: alterutra te cogit expectant, utraque in tu optione et manu sunt. Elige, alterum enim duobus amicis te cogit Deus. Si sapias, o Philosoopsyche, amice sinecitate, tuamque perennem salutem diligenter, auscultata: non te decipiat falsa libertas novantium: non insecet fugax illecebra voluptuaria carum blandientium, non illudat momentaneus honor

fumus, nec fallax plausus adulantium; in momento hæc omnia abibunt, et te moestum deserent: memento te æternum, et creatum, natumque æternitati. Temporalia despice, æterna suscipe: si secus faxa, æternum te ponitebit.

Illam ergo, o Philothæe, nunc fidem, illam vitam amplectere, illud nunc crede, illud elige, illud operare quod in hora mortis, quod in die iudicii, cum tribunali Christi iudicandus astabis; quod in omni æternitate te credidisse, elegisse, dixisse, fecisse optabis; ut a iusto iudice Christo non gehennæ, sed cælo adiudiceris, ut jugiter animæ tuæ optime sit, non pessime; ut non mi-

serrimus, sed felicissimus sis in omnem ÆTERNITATEM. Hæc est vera Solomonis, imo Christi sapientia, hæc vera et beata ÆTERNITAS. O Deus æterne, qui nos æternos, ad tuam beatam æternitatem ab æterno prædestinasti, et in tempore creasti, da nobis hæc sapere, hæc assidue meditari, huc omnia nostra cogitata, dicta, facta dirigere, ut nulla mundi fallax nos dementet vanitas, sed sola tuæ fidei et virtutum pascat veritas, ut post caducam hanc vitam te perpetim videre, te frui, te beari mereamur, quia tu es sola veritas, vera charitas, clara felicitas, felix ÆTERNITAS. Amen.

INDEX

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ

QUÆ IN LIBRIS ECCLESIASTÆ, CANTICIS GANTICORUM ET SAPIENTIÆ EXPLICANTUR VEL ELUCIDANTUR.

Prior numerus paginam, secundus columnam designat; si unicus tantum occurrat numerus, ad præcedentem referri indicio est. Asteriscus totum VIII indicat: ubi deest, totum VII adendum esse, signum est lectori.

EX VETERI TESTAMENTO.

EX GENESI.

- Cap. 1, vers. 2. Terra tunc erat inanis et vacua *517, 2.
 — Spiritus Dei ferebatur super aquas, *286, 1.
 — 4. Divisit lucem a tenebris, 413, 2.
 — 9. Dixit Deus: Congregentur aquæ sub cælo sunt, et appareat arida, etc., 51, 1.
 — 10. Et vidit Deus quod esset bonum, 449, 1.
 — 26. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et præsit piscibus maris, et volatilibus cæli, etc., *486, 2.
 II, 4. Istæ sunt generationes cæli et terræ, quando creata sunt in die quo fecit Dominus, etc., 51, 2.
 — 7. Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem, 468, 1, 2.
 — 17. In quocumque die comederis, morte morieris, *296, 2.
 III, 1. Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de ligno scientiæ boni et mali? 281, 1.
 — 15. Inimicitias ponam inter te et mulierem, *499, 2.
 — 17. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: spinas et tribulos germinabit tibi, etc., 67, 1; *25, 1.
 — 19. In sudore vultus tui vesceris pane, donec reverteris in terram de qua sumptus es, quia pulvis es, etc., 402, 2.
 — — Donec reverteris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, et in pulverem reverteris, 85, 1.
 IV, 14. Omnis qui invenerit me, occidit me, *613, 1.
 V, 21. Cum trecentis sexaginta quinque annis vixisset, ambulavit cum Deo, et non apparuit quia tulit cum Deo, *367, 1.
 — 29. Iste consolabitur nos ab operibus, et laboribus manuum nostrarum, 226, 2.
 VI, 9. Noe vir iustus, perfectus in generatione sua, Deo placuit, 418, 2.
 IX, 25. Maledictus Chanaan, servus servorum erit fratribus suis, *532, 2.
 XV, 1. Ego protector suus sum, et merces tua magna nimis, *887, 1.
 — 6. Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam, *78, 2.
 — 7. Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldaeorum, *563, 1.

- 11. Descenderunt volucres super cadavera, et abigerunt eas Abraham, 333, 2.
 XVIII, 27. Loquar ad Dominum meum, 96, 2.
 XXII, 17. Benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, etc., *485, 2.
 XXVII, 27. Ecce odor illi mei, sicut odor agri pleni, etc., *21, 1.
 XXVIII, 12. Jacob vidit in somnis scalam stantem super terram, et cacumen illius, etc., 191, 2.
 XXIX, 20. Servivit Jacob pro Rachele septem annis, et videbantur illi pauci dies pro amoris magnitudine 611, 1.
 XXX, 13. Hoc pro beatitudine beatam quippe me dicent mulieres, *132, 2.
 XXXI, 48. Tamulus iste erit testis inter me et tu hodie, *23, 2.
 XXXII, 3. Castra Dei sunt hæc, *165, 1.
 XLVII, 9. Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt parvi et mali, *299, 2.
 XLIX, 11. Ligas ad vitem pullum suum, 93, 2.
 — 22. Filiae discurrerunt super mare, 559, 2.
 — 26. Desiderium collium ætornorum, *137, 1.

EX EXODO.

- Cap. III, vers. 14. Ego sum qui sum, 45, 1; *512, 1.
 — 15. Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob misit me ad vos, *482, 1.
 IV, 11. Quis fabricatus est mutum et surdum, videntem et cæcum, nonne ego? *258, 2.
 VIII, 19. Digitus Dei est hic, *610, 2.
 IX, 24. El grandis et ignis mixta pariter ferebantur, *585, 2.
 X, 23. Nemo movit se de loco in quo erat, *607, 2.
 — 7. Dixerunt servi Pharaonis ad eum: Usquequo patiemur hoc scandalum? etc., *620, 2.
 XI, 7. Ut scitis quanto miraculo dividat Dominus Ægyptios ab Israel, *ibid.*
 XII, 33. Urgebant Ægyptii populum de terra exire velociter dicentes, etc., *ibid.*
 XIV, 13. Nolite timere: state, et videte magna Domini, etc., *10, 1.
 XV, 1. Contemus Domino, gloriose enim magnificatus est: equum et ascensorem dejecit in mare, *512, 2.
 — 20. Maria soror Moysi sumpsit tympanum in manu sua, aggressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympano